

35 [Ἀντοκράτωρ Ζήνων Α.] Πᾶσαν πόλιν εἴτε ἀνανεωθείσαν κατὰ τοὺς προλαβόντας χρόνους εἴτε οὐκ οὕσαν μὲν πρότερον, διὰ δὲ βασιλικῆς φιλοτιμίας ἀποδειχθεῖσαν πόλιν ἔχειν ἐκ παντός τρόπον ἀχώριστον καὶ ἴδιον τὸν ἐπιμελησόμενον τῶν κατ' αὐτὴν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων ἐπίσκοπον θεσπίζομεν· μηδὲν παντάπασιν οὕσης ἀδείας δι' οἰονδήποτε τρόπον, μηδὲ μὴν διὰ θείας βασιλικῆς κελύσεως ἀφαιρεῖσθαι πόλιν οἰανδήποτε τοῦ τῆς ἰδιαζούσης ἐπισκοπῆς ἢ καὶ τῆς ἀφορισθείσης αὐτῆ περιουκίδος ἢ ἄλλου τινὸς δικαίου καὶ κατὰ τοῦτο τὸ μέρος ἢ καὶ ἄλλως ὅπωςδήποτε πόλεσιν ἑτέροις ὑποτελεῖν 1 ποιεῖν. Τοῦ δὲ παρὰ ταῦτα ποιούντος καὶ ποιεῖν πειραζομένου ἢ τῶν ἤδη ἀνανεωθείσων πόλεων ἢ καὶ τῶν πολισθέντων τόπων ἢ μετὰ ταῦτα τυχὸν ἀνανεουμένων ἢ πολιζομένων τὸ τῆς ἰδιαζούσης ἐπισκοπῆς ἀφαιρεῖσθαι δίκαιον ἢ ἄλλο τι παραιεῖσθαι τῶν παρασχεθέντων ἢ καὶ παρασχεθησομένων αὐταῖς προνομίων μὴ μόνον ἢ ἐπιχειρήσεις ἔστω ματαία, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ τοῖς κοινῶς καὶ ἰδίᾳ λυσιτελοῦσιν ἐκάστῳ μαχόμενος ἀτιμωθείς τῶν ὄντων γυμνούσθω· τῶν αὐτῶν κρατούντων ἐπιτιμίων καὶ κατὰ τοῦ καθῶς προεῖρηται ἐπιχειροῦντος καὶ διὰ βασιλικῆς τοιοῦτόν 2 τὴν πρῶττειν ἀντιφωνήσεως. Ταῦτα δὲ γενικῶς διατάξαντες καὶ εἰς νοῦν εἰληφότες τὴν κατάστασιν τῶν ἀγνωστάτων ἐκκλησιῶν τῶν διακειμένων ὑπὸ Τύμιν τῆς τῶν Σκυθῶν ἐπαρχίας καὶ ὅτι οὐκ ἐγγωρεῖ τὰς αὐτὰς ἀγνωστάτας ἐκκλησίας συνεχέσι βαρβάρων ἐπιδρομαῖς καταβλαπτομένας ἢ καὶ ἄλλως πως πενία συζώσας ἑτέρως διασώζεσθαι, εἰ μὴ διὰ τῆς τοῦ Θεοφιλοῦς ἐπισκόπου Τύμεως, ἣτις ἐστὶ καὶ τοῦ ἔθνους μητροπόλις, τυγχάνοιεν προμηθείας, θεσπίζομεν ὑπεξαίρεῖσθαι τῆς παρούσης θείας νομοθεσίας καὶ μηδ' αὐτὰς ὑπάγεσθαι τῇ ταύτης ἀνάγκῃ, ἀλλ' ἐπὶ 3 τοῦ οικείου σχήματος μένειν. Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον ὑπεξαίρεῖσθαι τῶν ἐπὶ τοῦ παρόντος νενομοτεθημένων βουλόμεθα καὶ τὴν ἐναγχος πολισθεῖσαν κατὰ τὸ Ἰσαύρων ἔθνος πρὸς τιμὴν καὶ θεραπείαν τοῦ καλλινίκου μάρτυρος Κόνωνος πόλιν, τουτέστι τὴν Λεοντοπολιτῶν, ὥστε καὶ αὐτὴν, ὥσπερ νῦν ἔχει σχήματος, διαμένειν διὰ τὸ (πολλῶν σφόδρα φιλονηκθέντων, εἴτε αὐτὴν προσήκει ἰδιαζόντως τυχεῖν ἐπισκόπου, εἴτε ὑπὸ τὴν φροντίδα καὶ πρόνοιαν τοῦ Θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου τῆς Ἰσαυροπόλεως συντελεῖν) δεδῶχθαι πόλιν μὲν αὐτὴν εἶναι καὶ τῶν πολιτικῶν ἀνελλιπῶς καὶ εἰς πλήρη ἀπολαύειν δικαίων, ὑπὸ δὲ τὴν φροντίδα τοῦ μνημονευθέντος ἐπισκόπου διὰ παντὸς διαμένειν.

id est:

Imp. Zeno A.

Omnes civitates, sive eae renovatae sunt anteriori tempore sive antea civitates non fuerunt, sed per imperiale beneficium eo promotae sunt, omnimodo peculiarem propriumque episcopum habere sancimus, qui rerum ecclesiarum in ea curam gerat: nemini igitur liceat per quemcumque modum, ne per sacram quidem imperialem iussionem, quamlibet civitatem peculiari episcopatu vel territorio quod ei definitum est aliove quo iure privare et pro ea parte vel etiam in qua alia re aliis civitatibus tributariam facere.

1 ¶ Qui contra faciat vel ausus fuerit sive iam renovatis civitatibus locisque ad civitatis gradum promotis vel in futurum forte renovandis vel promovendis peculiari episcopatus ius adimere vel aliud quid auferre privilegiorum quae eis praestita sunt vel etiam praestabuntur, eius non solum irritum sit conamen, sed et ipse, qui adversatur iis quae in commune vel privatim omnibus utilia sunt, cum infamia facultatibus suis exuatur, eadem poenae valeant etiam in eum, qui, ut supra dictum est, per imperiale rescriptum tale quid facere conetur.

2 ¶ Quibus generaliter constitutis respicientes ad statum sacrosanctarum ecclesiarum sub Tomi in Scytharum provincia constitutarum et quod eadem sacrosanctae ecclesiae continuis barbarorum incursionibus vexatae vel alias egestate adflictae servari aliter non possunt, nisi id fiat providentia beati episcopi Tomis, quae etiam caput gentis est, a praesenti sacra lege eas eximi sancimus neque ullo modo ei subici, sed in suo statu manere.

3 ¶ Eodem modo ab iis quae in praesenti constituta sunt eximi volumus etiam eam civitatem quae nuper in Isaurorum gente ad civitatis gradum provecta est in honorem venerationemque Cononis qui gloriose martyrium sustinuit, Leontopolitarum videlicet, ut et ipsa quem nunc habet statum retineat eo, quod (nam valde certatum est, num peculiarem episcopum habere debeat, an sub cura et provisione religiosissimi episcopi Isauropolitani consistere) civitas quidem esse videatur et publico iure perpetuo et plene fruatur, maneat autem omnino sub cura memorati episcopi.